



17
18

18

19

20

21

22

23



1786.

17. Keesius, Jacobus Fredericus: De electione in paucis
alternativis non reo, sed judice, tribuenda.
18. Hindius, Joana David: De obligatione mariti
res un uxoris mobilia heredis res alienum
hereditarium dissolvendi.
19. Pohlus, Christ. Fredericus: De indole juris juris
in jure delati ejusque in Saxonia usum.
20. Puelmann, Fr. Lud.-Em: Miscellaneum et
jus pertinentium specimen III
21. Ran, Christianus: De litterarum investiturae causis
et prima origine. Program, quo orationem solennem
nem indit.
22. Ran, Christianus: De lege Mentia.
23. Richterius, Christ. Gottl: Specimen animae
h'uum de veteribus legum laboribus et Fr. Al-
berti Fabricii bibliothecam Graecam. Program,
quo orationem auspicialis indit.

1786.

24. Richterius, Christ. Gott: Oratio de interuentibus
iuris prudentiae humanioris causis.
25. Richterius, Christ. Gott: De re libaria in imperio
Germanico ordinanda.
26. Schwartz, Ioann. Nicolaus: De officio vasalli
Saxonicis in petenda investitura observandis.
27. Pegerus, Joh. Theophilus: De legibus post perfectam
potestatis territorialis in Germania plenitudinem
in genere populorum salubres accomodandis.
28. Stockmannus, Augustus Cornelius: Historia juris bo-
vici. T. I.
29. Filsnerus, Joh. Gottlieb: De peregrinis et civis
notione
30. Windler, Carl. Gottfr. de: Superviventes territoriales
sive operarum venaticarum principia subditos

Alb. Farnum

31. Windler, Carl. Tudoricus: Bellum tricenale
mutationibus juris publici facendum. M. F.

FOENIS ALTERNATIVIS NON SED
SIBI IURIS TRIBUENDI

DISSERTATION

ALB. FARNUM

176

176

23. Sonntag, nach Trinitatis. In der Kirche zu ...
...
...

24. Sonntag, nach Trinitatis. In der Kirche zu ...
...
...

25. Sonntag, nach Trinitatis. In der Kirche zu ...
...
...

26. Sonntag, nach Trinitatis. In der Kirche zu ...
...
...

27. Sonntag, nach Trinitatis. In der Kirche zu ...
...
...

28. Sonntag, nach Trinitatis. In der Kirche zu ...
...
...

29. Sonntag, nach Trinitatis. In der Kirche zu ...
...
...

1788

MISCELLANEORVM

1786, 20.
4

AD

I V S P E R T I N E N T I V M

SPECIMEN III

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

AVCTORITATE

PRAESIDE

IO. LVD. ERN. PÜTTMANN

I. V. D. PAND. PROF. ORD. ET COLLEG. ICTOR

ASSESSORE

A. D. X. OCTOBRIS MDCLXXXVI

H. L. Q. C

AD DISCEPTANDVM PROPOSITVM

IO. DANIELE AVRIGIO

MARTISBURGENSI

LIPSIÆ

EX OFFICINA BÜSCHELIA

MISCELLANEA

1753

1753



MISCELLANEORVM
AD IVS PERTINENTIVM
SPECIMEN III.

CAPVT IX.

*De effectu adoptionis ab extraneo factae, quae vulgo imperfecta s.
minus plena vocatur.*

Ego quidem ita didiceram in eaque versabar opinione, IVSTINIANVM, mutato iure veteri, quo adoptio nunquam non patriam producebat potestatem, hanc solis adscendentibus descendentes adoptantibus reliquisse, nequaquam autem eandem indulgisse iis, qui adoptant extraneos, ita tamen, vt hi non minus, ac descendentes ab adscendentibus adoptati, patri adoptiuo ab intestato succedant. Ita sane HEINECCIUS *Inst. f. 186.* et centum alii, quorum nomina hic legi nihil attinet. Sed dediscere hunc scilicet errorem nos iubet GVIL. BEST in *Coniectur. ex iur. ciu. Cap. IV.* (in OELRICH. *Thef. diff. iurid. Vol. I. Tom. 1. p. 221.*) vbi patriam potestatem vtrique parenti, tam naturali, quam adoptiuo, vindicare, itaque filium ab extraneo adoptatum vtriusque parentis potestati subiectum esse, ostendere satagit. Neque profecto haec quaestio parui, sed maximi potius, ad effectus quod attinet, momenti est. Colligit enim sua ex propositione BESTIVS, 1) patri adoptiuo peculium acquiri profectitium, naturali contra aduentitium, 2) patrem adoptantem (naturali ante hunc mortuo) filio suo adoptiuo non modo tabulas pupillares scribere, sed 3) eidem

eidem etiam dare posse tutorem, 4) ad nuptias filii adoptiui necessarium esse consensum patris adoptantis, haud minus 5) huius dignitate filium fulgere adoptiuum, 6) patrem adoptiuum non inutiliter experiri interdicto de liberis exhibendis, nec denique 7) ei actionem iniuriarum denegandam esse, si iniuria filio illata ad ipsum simul pertineat.

Neque vero BESTII argumenta ita comparata sunt, ut defensum facile mihi extorqueant. Quodsi enim ipsas leges, unde haec quaestio pendet, accuratius inspiciamus, rem multo aliter, ac BESTIVS existimat, habere deprehendemus.

Ait scilicet IUSTINIANVS in l. (quae inprimis huc pertinet) 10. C. de adopt. Sancimus per adoptionem quidem ad extraneam personam factam, iura naturalis patris minime dissolui, sed ita eum permanere, quasi non fuisset in alienam familiam translatus. — Licentiam dāmus tali adoptiuo patri, id est, extraneo, si voluerit, nihil ei testamento suo relinquere, sed quidquid ei reliquerit, hoc liberalitatis sit, et non legitimo vinculo adstrictum. — Et ideo sancimus, etsi habeat huiusmodi filius iura integra naturae, attamen si intestatus pater extraneus adoptiuus decesserit, habere eum etiam sui heredis ius ad eius tantummodo successionem: ut non etiam legitima iura ad familiam extranei patris adoptiui habeat, nec ipsa ad eum communionem aliquam habeat, sed quasi extraneus ita ad illam familiam inueniatur, idemque (optimus verborum suorum interpret) in §. 2. Inst. de adopt. Sed hodie ex nostra constitutione, cum filius familiaris a patre naturali extraneae personae in adoptionem datur, iura patris naturalis minime dissoluantur, nec quicquam ad patrem adoptiuum transiit, nec in potestate eius est: licet ab intestato iura successionis ei a nobis tributa sint, nec non in §. 14. Inst. de hered. quae ab int. def. Hoc solito more corrigentes, constitutionem scripsimus, per quam definimus, quando parens naturalis filium suum adoptandum alii dederit, integra omnia iura ita seruari, atque si in patris naturalis potestate permansisset, nec penitus adoptio fuisset subsecuta: nisi in hoc tantummodo casu, ut possit ab intestato ad patris adoptiui venire successionem. Quid? quod THEOPHILVS in Paraph. Inst. h. l. p. 530. edit. Reitz. Κατὰ τὸ αὐτῶδες αὐτῶ καὶ τοῦτε μεταφῆραν ἐπὶ τὸ

τὸ καλλίον, ἐποίησεν διάταξιν, δι' ἧς ἐκέλευσεν, ἵνα εἰὰν ὁ Φυσικὸς πατήρ τὸν ἴδιον υἱὸν εἰς ὄσων ἑτέρω παραύτη, ἀμέραια πάντα τὰ δικαία παρὰ τῷ Φυσικῷ πατρὶ τούτου ἔχειν, καὶ μὴ εἶναι τῆς αὐτοῦ Φαυλικίας, ὡς περ εἰ παντελῶς ἔκ ἐγένετο υἱὸς θετός: *Imperator pro suo more et hoc in melius transferens fecit constitutionem, per quam sanxit, ut, si naturalis pater filium suum alii in adoptionem dederit, omnia is iura apud naturalem patrem integra habeat, neque huius familia exeat, quasi adoptivus filius omnino non fuerit.*

Ex his autem luce pater clarius meridiana, patriae potestatis effectus cum patre adoptante neutiquam communicari, sed omnia potius iura patris naturalis in filium ab extraneo adoptatum salua ac integra manere, adeo ut frustra sit, quisquis contra verba tam diserta argumentis e iure antiquo petitis uti velit. Probatur quidem iuribus *VESTIVS* opinionem suam 1) ex scopo s. fine Imperatori proposito, 2) ex natura adoptionis, 3) ex translatione filii in extranei familiae, 4) ex emancipatione, qua iura patris adoptantis solui dicantur, et 5) ex iure filii adoptati ad successionem ab intestato in bonis patris adoptantis adspirandi. Ait scilicet, Imperatorem illi tantum mœderi voluisse vitio, quo filius ab adoptivo patre emancipatus olim utriusque parentis excidebat successione; quod quidem salua utriusque potestate fieri facillime possit: postulare hoc naturam adoptionis, quae a Iustiniano non sublata, sed tantum circumscripta fuerit: filium in extranei familiae translationem necessario etiam in huius potestate esse: emancipationi, tanquam dimissioni e patria potestate, nisi haec supponatur, locum esse non posse: denique filium patri adoptivo ab intestato succedentem suum esse heredem, hanc appellationem autem in neminem, nisi eum, qui simul in alterius potestate sit, convenire. Enimvero ad 1) notissimum est, ubi verba legislatoris satis clara sunt atque perspicua, de fine ei proposito ad legem evertendam frustra disputari, neque tunc mentis s. voluntatis tacitae coniecturam ducendam esse. Sane, quod de testamentis ait *PAVLVS* in *l. 25. D. de leg. 3. Cum in verbis nulla ambiguitas est, non debet admitti voluntatis quaestio*, idem etiam in legum interpretatione

ratiōne obtinet. Conf. ATOYS. CREMANVS *de offic. legumlat. et iurisconsult. in condend. vel interpretand. leg. (Liburni 1774.) p. 105. ad 2)* IUSTINIANVS naturam adoptionis ab extraneo factae vtiq̄ue nonnihil immutauit, frustra que adeo iura antiqua hic applicantur. ad 3) principium sane petit BESTIVS, asserens, eum, qui in extranei familiam transferri dicitur, necessario huius etiam patriae potestati subiectum esse. Hoc certe non voluit Imperator, atque ita nec verba eius captanda, aut in alienum sensum detorquenda sunt. ad 4) vera et proprie ita dicta emancipatio hic interuenire nequit, adeoque necesse non est supponere, patriam potestatem adoptanti competiisse. ad 5) haud sequitur, vt qui alicui ab intestato succedit, suus sit heres, vt potius vel inde, quod patri adoptiuo permittitur, filio adoptato nihil relinquere, BESTII opinio satis refellatur, propterea quod suus heres iusta sine causā exheres scribi haud potest.

Quae si quis diligenter secum perpenderit, nae is facile intelliget, BESTIVM non veritatis, sed nouitatis studio abreptum communem deseruisse sententiam, eosque imitatum esse, qui, vt noui aliquid attulisse videantur, etiam meliora mutare haud verentur, quosque in ordinem nuper redegit Cel. I. M. SCHROECKHIVS in prol. *de nouitatis studio historia magistra regendo, Vit. 1785.* Sapienter PLINIUS *Lib. V. Ep. 8. Honestissimum est, maiorum vestigia sequi, si modo recto itinere praecesserint.* Conf. etiam QVINTILIAN. *Inst. Or. IX. 4.*

Fac autem, sapientius Iustinianum ea ordinare potuisse, nec hanc eius legislationem cum iure vetere artisque nostrae regulis omnino conuenire: nostrumne erit, hunc naeuum emendare, simulque aliam (scite licet et ingeniose fabricatam, nouam tamen) iurisprudentiam substituendo negaram priuatis hominibus potestatem legislatoris inuadere? Quemadmodum critici officium non est, vt legum verbis elegantiam conciliet, sed vt integritatem restituat, sic nec interpretis est, quaerere de iure constituendo (de quo quaeri solet in consilio principis), sed de iure constituto, in quo si nimium philosophamur, verendum est, ne inter ratio-

rationales illos referamur interpretes, quibus dudum dicam scripsit I. C. RÜCKER in *praef. ad Interpr. I. C.* quosque ex aequitatis, quam sibi fingunt, dictamine saepissime a vero aberrare et legibus sensum ab auctoris mente plane alienum asingere videas.

Ita autem, corruente principio, non possunt non etiam corruere consequentiae, et cessare effectus, quos quidem BESTIVS sua ex opinione, tanquam ex fonte, deducere tentavit. Nunquam certe ille nobis persuadebit, patrem adoptivum extraneum filio scribere posse tabulas pupillares, eidemque tutorem testamento dare; ad nuptias item filii adoptivi opus esse consensu patris adoptantis; nec non illum huius gaudere dignitate atque honore; patrem denique adoptivum interdicto de liberis exhibendis filii adoptivi nomine uti posse. Et quamquam patri adoptivo peculium profectitium acquiri, eumque interdicto de *homine libero* exhibendo contra eos, qui filium adoptivum dolo malo detinent, experiri, itemque iniuriam ad se simul pertinentem vindicare posse, haud negamus, haec omnia tamen nequaquam patriae potestatis sunt effectus, sed aliis plane ex fontibus oriuntur. Peculium scilicet profectitium ideo patri adoptivo acquiritur, quia ab eo profectum est, aut filio contemplatione patris obuenit; *) interdictum de homine libero exhibendo cuilibet ex populo datur; et iniuria haud immerito vindicatur ab eo, cuius existimatio laesa est, adeo ut ne vxor quidem a vindicatione iniuriae marito intentatae, si in ipsam simul redundet, excludatur. Vid. *l. II. §. 8. D. de iniur.* et HEINECCI *Pandect. P. VII. §. 118.* Quare nihil superest, nisi ut, reiecta BESTII opinione, antiqua probemus, studiumque novandi iis in rebus, ubi nihil dici potest novi, canepius et angue fugiamus.

*) Vid. §. 1. I. *per quas pers. cuique adq.* et PETR. DE GREVE *Diff. ad Inst. Imp. loca difficilior. Nomiomag. 1663. p. 125.*

CAPVT X.

Cambia propria unde dicantur sicca?

Cambia propria nonnullis in legibus cambialibus^{b)} dici etiam sicca (trockene Wechselbriefe), notissimum, unde autem haec appellatio iis adhaeserit, admodum dubium est. Varias variorum coniecturas legere est apud I. G. SIEGELIVM in d. Einl. §. W. N. §. 10. p. 9. sq. et C. G. RICCIVM in Exerc. iur. camb. IV. §. 9. quarum commemoratione tempus chartamque haud absumiam, sed potius, quid mihi nuper in mentem venerit, aperiam.

Vocabulum *secus* non modo pro *aridus*, sed vario praeterea accipi significatu, sciunt, qui latine sciunt, omnes. Ita e. g. dicitur de corpore *sano*, in quo nihil est vitiosi humoris, quod non pituitosum, non mucosum; indeque ad orationem etiam subtilem traducitur, cuius maximum ornamentum vitiorum absentia est. Vid. I. A. ERNESTI *Clau. Cic. p. 740.*

Haud minus $\tau\delta$ *secus* interdum pro *sobrius* positum inuenias, e. g. apud PLAVTVM in *Afñ. V. 2. 7.* et PETRONIVM in *Satyric. cap. 37. c)*

Magis autem huc pertinere videtur significatus $\tau\delta$ *secus*, quo vsurpatur pro *solus*, ut dudum ostendit CLAVD. SALMASIVS ad *Capitolini Antonin. Pium cap. 13. Tom. I. p. 284. edit. Hack.* itemque ad *Capitolini Maximinos cap. 13. ib. Tom. II. p. 37.* nec non ad *Vopisci Tacitum, ib. p. 614.* cui etiam subscribit C. V. VONCK in *Lect. latin. (Traiect. 1745.) Lib. I. c. 8. p. 66.* Ita e. g. CAPITOLINVS in *Maximinis cap. 13.* Deinde cum sine delicto consulares viros et duces multos interimeret, alios *secis* (h. e. solis) vehiculis exhiberet, alios in custodia detineret, nihil denique praetermitteret, quod ad crudelitatem videretur operari, contra eum defectionem pararunt, idemque in *Antonino Pio cap. 13.* Senex etiam, antequam salutatores venirent, panem *secicum*

b) Vid. d. Wiener W. D. art. 54. d. Neue Bogner W. D. cap. 50. et d. Gurrfältische W. D. d. a. 1726. art. 18.

c) Similiter *vita arida* pro *sobria* occurrit ap. CIC. pro *Quint. cap. 30.* nec non *victus aridus* pro *sobrio* ap. eund. pro *Rosc. Amer. cap. 27.*

ficum (i. e. solum) comedit ad sustentandas vires, nec non SENECA Ep. 83. Non multum mihi ad balneum superest. Panis deinde ficus, et sine mensa prandium, post quod non sunt lauandae manus, et iam ante illos hoc significatu τῶ aridus usus est PLAVTVS in Rud. III. 4. 21.

Tu senex, si istas amas, huc arido argento est opus.

Quid? quod eadem significatione (scilicet pro *solutus*) graecos etiam vti τῶ ἔνπες, (quod proprie est *ficus*) luculenter docuit SALMASIVS l. c. Tom. II. p. 37. Quid igitur mirum, si cambia propria (Sola-Wechselbriefe) dicta sunt sicca, maxime cum, ut norunt omnes, super vna eademque summa non nisi vnum cambium proprium dari soleat, nec debitor, nisi aliud conuenerit, plura dare teneatur, cambia autem trassata plerumque duobus aut tribus exemplis exhibeantur.

Si cui tamen nec haec arrideat coniectura, ei aliam, forte probabiliorē, suppeditabo. Scilicet τῶ *ficus* nonnunquam etiam sumitur pro *rudis*, ut iam obseruauit I. F. REITZIVS de ambiguis p. 549. Ita e. g. SVETONIVS in *illustr. gramm. cap. 4. Ne ficci omnino atque aridi pueri rhetoribus traderentur.* Iam notissimum est, cambia sicca trassatis non modo recentiora, sed etiam, quod ad vtilitatem inde ad remp. et commercia maxime redundantem attingit, multo inferiora et esse et existimari, ut nihil iam dicam de odio, quo antiquioribus temporibus apud nonnullas gentes, maxime catholicas, excipiebantur. d) Nil igitur mirum, si eiusmodi

d) Conf. SIEGEL. l. c. §. 7. 9. et 11. Facit huc, quod scribit FABIANVS GENVENSIS in *Tract. de cambiis, Tom. VI. P. I. Tract. illustr. in vtraque iuris facultate librorum (Venetiis 1584.) fol. 413. no. 35. Non sine ratione theologi et canonicae loquendo de huiusmodi fictis et simulatis cambiis appellant ipsa non cambia, sed cambia sicca, instar arboris siccae, quae in semet ipsa non habet aliquem humorem aut viriditatem, non pro-*
ducti

di cambia, vt a trassatis, multo aptioribus et commodioribus, melius distinguerentur, sicca i. e. *rudia, informia*, exiguaeque, vt tunc multi opinabantur, vtilitatis, dici coeperunt.

En binas L. B. proposui coniecturas! Meliorem qui pro-
gulerit, is Phyllida (per me licet) solus habeto.

CAPVT XI.

De emendanda laesione emtori per iniquum pondus a venditore illata.

Cum, vt HEINECCIUS ait in *Pand. P. III. §. 262.* iustum pretium conuentionale non consistat in puncto, contrahentibus quidem in pretio emtionis et venditionis naturaliter (i. e. pro more negotiantium) se circumuenire, h. e. quod pluris sit, minores emere, quod minoris sit, pluris vendere licet, ^{e)} modo neuter laedatur vltra dimidium, *l. 16. §. 4. D. de min. l. 22. §. 3. D. loc. l. 2. et §. C. de resc. vend.* Nequaquam tamen hoc eo extendendum est, vt minoribus etiam aut iniquis ponderibus ad alterum circumuendendum vti liceat, vt bene potius moneat CELSVS in *l. 38. D. de R. V. indulgendum* haud esse hominum malitiis, graphiceque VLPIANVS in *l. 32. D. de act. emt.* *Si quis a me oleum, quod emisset, adhibitis iniquis ponderibus accepisset, vt in modo me falleret, vel emtor circumscriptus sit a venditore ponderibus minoribus, Pomponius ait, posse dici venditorem, sibi dare oportere, quod plus est, petere: quod habet rationem;*

duci folia, nec flores, neque denique fructus, sed potius damnificat arbores virides sibi adiacentes, sed tantummodo habet aliqualem arboris apparentiam sine quavis existentia.

e) Vid. GROTIUS de *L. B. et P. II. 12. 26.* I. G. KVLPIVS de *circumuent. in contract. licita*, et G. MASCOVIV *Opusc. p. 509.*

tionem; ergo et emtor ex emto habebit actionem, qua contentus esse possit. Atque hinc facile iudicari poterit de specie, super qua Ordo noster aliquot abhinc annis sententiam rogabatur. Praecipit scilicet Mand. Sax. d. 23. Mart. 1765. propof. in S. C. A. T. II. p. 36.

daß bei dem Wollverkauf der Stein hinführo durchgängig in hiesigen Landen nach 22. Pfunden Leipziger Gewichts gerechnet werden soll.

Iam mercator quidam Lipsiensis in lana extraneo vendita multos per annos minore vsus erat pondere (er hatte den Stein nur zu 21. Pfunden verwogen). Emtor, huius legis ignarus, lanam acceperat venditorique pretium soluerat. Tandem de laesione certior factus, an ipsi contra venditorem ad reliquum petendum, aut indemnitatem consequendam, actio competat, quaerebat. Venditor quidem in ea erat opinione, emtorem idco ab ulteriore petitione excludendum esse, quod lana accepta non modo nihil contra dixerat, sed eandem etiam suam fecerat. Iam quidem negari nequit, emtorem, quando aut in pretium non consentit, aut merx ipsi transmissa ita haud comparata est, ac esse debet, ea abstinere venditorique hoc nunciare debere. Eñimvero aliud omnino dicendum, quando emtor laesionis iniusto pondere ipsi illatae plane ignarus est, itaque nec de qualitate mercis, nec de pretio pro ea soluendo, sed de pondere iniquo, quod emtori ignotum fuit, quaeritur. Atque hinc Ordo noster haud dubitauit proposita in specie ita respondere:

Auf die an uns gethanen vier unterschiedenen Fragen erachten Wir — Und anfangs auf die 1. und 2te Frage:

Haben Dieselben, als ausländische Kaufleute, von Sempronien zu Leipzig ehedem lange Zeit bis zum Jahr 1769. Wolle, und zwar lediglich Steinweise erhandelt, von Demselben aber
 jedes.

iedesmal auf einen Stein nur 21. Pfunde erhalten, und wird demnach darüber:

Ob Ihnen nicht solchergestalt wegen des auf jeden Stein zu wenig empfangenen Pfunds eine Vergütung gebühre, und Sie hiervon auch die Verzugs-Zinsen zu fodern berechtigt seyen?

unsere rechtliche Meinung zu wissen begehret.

Ob nun wohl derjenige, welcher eine erhandelte Sache ohne Vorbehalt annimmt und solche verbraucht, nachhero unter dem Vorwand, als ob selbige nicht tüchtig gewesen wäre, von dem Verkäufer einige Schadloshaltung mit Bestande Rechts nicht verlangen kan, immaassen ihm, wenn er dergleichen fodern wollen, die mangelhafte Sache zurück zusenden, oder selbige wenigstens für des Verkäufers Rechnung liegen zulassen obgelegen, aus dem Verbrauch der erkauften Sache aber eine Verzicht auf alle dieserwegen zu suchende Schadloshaltung nicht, ohne Grund zu schließen;

L. 21. 47. et 60. D. de aed. edict. G. Barth. hod. for. Cap. II. f. 3. not. 9.

hiernächst demjenigen, welcher von dem andern etwas zu fodern hat, ordentlicherweise auch die Verzugs-Zinsen von der Zeit an, da der Schuldner mit der Zahlung zur Angebühr angestanden, gebühren, und daß solchergestalt Dieselben von Sempronien wegen eingangsgedachten Wollhandels entweder keine Schadloshaltung zu verlangen, oder auch zugleich die Zinsen des Verzugs davon mit zu begehren berechtigt wären, es sich ansehen lassen möchte;

Dennoch

Dennoch aber und die weil das untern 23sten März 1769. wegen Ausführe der Wolle ins Land ergangene Mandat ausdrücklich besagt, daß hinführo bei dem Wollverkauf in hiesigen Landen ieder Stein durchgängig nach 22. Pfunden Leipziger Gewichts gerechnet werden solle, dieses Befehz aber Sempronien nicht unbekant seyn dürfen, und da er demselben zuwider Ihnen stat 22. Pfunden jedesmal nur 21. Pfund auf den Stein zugesendet, selbiger auf die Zeit von Publikation demelbeter Mandats bis zu Beendigung des mit Ihnen getriebenen Wollhandels der Vergütung der Ihnen zu wenig gelieferten Wolle sich um so weniger entbrechen kan, da besonders bei Handel und Wandel alle Bevortheilung und Verkürzung des Käufers mit Maass und Gewicht auf das genaueste zu vermeiden, und demienigen welcher dergleichen sich zu Schulden kommen lassen, auf keine Weise nachzusehen,

L. 38. D. de rei vind.

dieses aber auf Seiten Semprons um soviel mehr stat finden muß, da er Ihnen von besagten Mandate nichts gemeldet, vielmehr bis zum Jahr 1769. mit Verwiegung des Steins zu 21. Pfunden fortgefahren; dahingegen, wenn actione emti auf endliche Erfüllung des Kaufkontratts und Ausantwortung der erkauften Sache geklagt wird, zwar die Erstattung der durch Nichterfüllung des Handels erlittenen Schäden, keinesweges aber einige Verzugs-Zinsen, als wozu der Fall sodann nicht vorhanden ist, gefodert werden mögen;

So sind Dieselben zwar die Vergütung der von Publikation ofterwähnten Befehls bis zum Jahr 1769. von Sempronien zu wenig erhaltenen Wolle, so wie den Ersatz der Ihnen dadurch zugezogenen Schäden, keinesweges aber einige Zinsen von demselben zu fodern befugt.

Zum andern, auf die 3. und 4te Frage:

Hat Sempron sich einfallen lassen, Ihnen sowohl wegen angeblich erhöhten und von der Ihnen zugesendeten Wolle von ihm bezahlten Imposts eine Gegenrechnung, als auch wegen des bereits im Jahr 1769. geendigten Wollhandels annoch eine Zinsen-Rechnung zu machen, und deren Berichtigung von Ihnen zu verlangen; wannenhero Dieselben auch darüber:

Ob sowohl Semprons Gegenrechnung wegen des Imposts, als dessen Anforderung wegen der Zinsen annoch stat?

von uns des Rechts befehret seyn wollen.

Ob nun wohl derjenige, welcher für den andern öffentliche Abgaben entrichtet, die Erstattung des verlegten Betrags nicht unbillig verlangt und deshalb wider jenen actionem negotiorum gestorum wohl anstellen kan, nicht weniger auch nach Beendigung eines Handels und abgeschlossener Rechnung derjenige, welcher sich etwa im Rechnen geirret, die Abänderung des Irrthums zu fordern wohl befugt,

L. vn. C. de error. calc.

und das solchergestalt Sempron nicht nur die Erstattung des dem Angeben nach verlegten Imposts, sondern auch die zuvor nicht mitgefoderten Zinsen annoch verlangen könne, es das Ansehen gewinnen möchte;

Dennoch aber und dieweil Sempron Ihnen vormals von Erhöhung des Imposts nichts gemeldet, auch Ihnen dieserwegen weder währenden Wollhandels, noch bei der Berechnung etwas abgefodert, weniger deshalb, als er dem Anführen nach Güter von Ihnen in Händen gehabt, und sich wegen eines andern Anspruchs

spruchs eigenmächtiger weise bezahlt gemacht, davon etwas abgezogen, solchergestalt aber iener Forderung, wenn er auch dergleichen gehabt hätte, sich nicht undeutlich begeben,

arg. L. 26. D. de prob.

im übrigen derienige, welcher mit dem andern wegen des Hauptstams ohne Vorbehalt der Zinsen sich berechnet, nach abgeschlossener Rechnung und Annahme des Kapitals einige Verzugs-Zinsen nicht fordern kan,

L. 49. §. 1. D. de act. emt. l. 178. D. de R. I. Carpz. P. II. Const. 30. def. 12.

über dieses Sempron der neuerlich gefoderten Zinsen halber von Ihnen in Händen gehaltenen Gütern sich bezahlt zu machen nicht verlangt, vielmehr inhalts der Geschichtserzählung in einem vormals an Sie abgelassenen Briefe es in Ihren freien Willen gestellt, ob Sie ihm wegen der Zinsen etwas vergüten wollten oder nicht, folglich selbiger dieses jetzt als eine Schuldigkeit nicht verlangen kan;

So hat nunmehr weder Semprons Gegenrechnung wegen des Imposts, noch dessen Forderung wegen der Zinsen weiter stat.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as bleed-through from the reverse side of the page.





Leipzig, Diss.; 7786 K-z

ULB Halle 3
004 810 341




f
Sb.

VD 18







1788

MISCELLANEORVM

AD

IVS PERTINENTIVM

1786, 20
4

SPECIMEN III

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

AVCTORITATE

PRAESIDE

IOS. LVD. ERN. PÜTTMANN

I. V. D. PAND. PROF. ORD. ET COLLEG. ICTOR

ASSESSORE

A. D. X. OCTOBRIS MDCCLXXXVI

H. L. Q. C

AD DISCEPTANDVM PROPOSITVM

A

IO. DANIELE AVRIGIO

MARTISBURGENSI

LIPSIAE

EX OFFICINA BÜSCHELIA

